



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

14. De acuta styli breuitate, sententijsque abruptis & suspiciosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

sibi palmas eloquentiæ iactantius arrogantes. Nunc autem ad ea tempora venimus, ubi non modò hæc ariditas, reiunitasque sermonis pro vitio sit, sed ipsa Ciceronianis pigmentis affluens oratio, nisi sententiarum vim, ac densitatem, & ex omni eruditione attemperatam varietatem contineat, placere doctis auribus non possit. Itaque qui se vni Ciceroni ita addixerunt; vt nefas esse putent lectissimas aliorum auctorum dictiones, & ex optimis quibusque ingenijs collectam doctrinam, veluti auream sententiam, oportundè, & loco expromere; id quidem assequuntur, vt sani, politi, elegantes, ornati, vberes audiant; hanc autem, quæ in præstantissimo quoque oratore expectatur, dicendi admirabilitatem suo, quod delegerunt exemplari semper inferiores, vix obrinere possint.

De acuta styli breuitate, sententijque abruptis, & suspiciosis.

Eius ortus, & progressus.

CAPVT XIV.

VENIO ad eum stylum, qui Patronos habet non paucos, admiratores multos, quam plurimos amatores. Quem ego si repudiare profusus velim, malè de totius eloquentiæ ratione sentiam. Non ea mihi mens, non illud est institutum, heroas illos Senecam, Salustium, Plinium, Cornelium Tacitum, & ceteros, qui hoc dicendi genus non minus gratiter, quàm feliciter cõsecrati sunt, inculcare, quos & acerrima vis ingenij, & lux politissimi iudicij, & omnium fermè doctorum plausus, non modò calumniæ liuore, sed ab ipsa propè eruditionis alea constanter expediturunt. Hoc tantum ostendere cupio, hunc quem omnes tam auidè concupiscunt stylum, nec omniū ingeniorum, nec omnis argumenti, nec omnis etiam temporis proprium videri; atque ipsum dum affectatur morosius, multis, ijsque puerilibus ineptijs reddi obnoxium.

Quando vigere ceperint acumina, & breues sententia.

Cõpit efflorescere hic character, non apud Romanos, sed apud Græcos, nec primis quidè temporibus, quibus cãdidior, & liberiori profufluentis naturæ impetu ferri videbatur oratio, sed postquam magni nominis sophistæ, Philosophiæ præceptis instituti, nec mediocribus eloquentiæ adiumentis innixi; dicta quædam aurea ex Lycæi, & Academiæ hausta fontibus, elegantis styli expeditis, ac vibrantibus sententijs, quasi auro gemmas includere cõeperunt.

Quamobrem & multa eius styli vestigia, in sophistarum scriptis licet agnoscere. Vide enim; qua arte Theophylactus ille ymbratiliū doctorum facillè princeps, acutis & venustulis dictis lasciuiam colligit orationis:

In Terpsitheam malam, & deformem, τῆς οὐσίας τὴν σοφῶν τελευτήμακα, κακίστην. *Acute dictum*
 Δοχὴν σάβαντον ἰσχυροτέρων μὴ πεισθεῖσθαι. *Theoph. in corpore de formis.*
 Hoc rotunda dictione ornatum Natura, inquit, miratus sum sapientiam, quæ improbilis animæ, corporis non credidit venustate; illud etiam breuius, ὅτι καὶ ἰσχυροτέρων ἐξέσθαι ἐπιτο. *Theoph. de amore mutuo dictum.*
 Nunquam lancem tenent amores in æquilibrio, cum significare veller, nunquam sibi mutus studijs. amores responde- *Theophyl. in ep. 39. Eius breues & acuta sententia p. 408. pag. 399. Theoph. acutè dictum contra Inuidios aut auaros. pag. 399. Pissistrati limata inueniunt. Pissistrati in ep. ad Milesios. Huius acutè dicti vis acutè credibile est hac potius ab aliquo iuniori sophista confecta, quam primo eloquenti iam nata. X. Oratorum acutè & breuius sententias. Demades in oratione p. 101. Inueniunt.*

Item. Ἐπεσάδωσαν πρὸς θεῶν αἰ νεκταί, εἰ μὴ οὐ τῶ Δάφνῳσι ἀφίξει τὸ ὕδωρ. *Valeant per Deos nubes si soli Daphroni emittunt aquas. Acute dictum contra Inuidios, atque auaros, atque illiberales, qui in suam, suorumque, non in publicam utilitatem emanare sinunt beneficia.*

Item, quod de auro dixit. Rheno fluuio simile videri; nam proleui virtutis legitimam, ab illegitima discernit.

Κατὰ τὴν Κελτικὴν ποταμῶ. Ἐν ἐσθμῶν ἰσχυροτέρων ὕδωρ ἄφίξει καὶ κακίας ἐλέγχον. Ἐν ἀλφειῶσι. Hoc non modò subtiliter dictum, sed elimata dictione pressum; & quod Pharoni tribuunt de ijs qui insignia habent in sepulchris. Ἰσχυροτέρων κατὰ ἐπιτοὺς το φῶντες. *Infra cinerem etiam superbentes Num verò & hæc Pissistrati siculentam habent, & aciem, & limatam breuitatem, quæ fertur ad Milesios scripsisse?*

Οἱ παῖδες ὑμῶν, πατέρων δέοντα, οἱ υἱοὶ, ἡρόντων αἰ γυναικες, ἀνδρῶν οἱ ἀνδρες, ἀρχόντων οἱ ἀρχόντες, νόμων οἱ νόμοι, φιλοσόφων. οἱ φιλόσοφοι, θεῶν οἱ θεοὶ πεισας. *Vestri liberi egent parentibus, iuuenes senibus, mulieres viris, viri Magistratibus, Magistralibus legibus, leges Philosophis, Philosophi Dijs, Dij vestri fide Hoc acutum, & ad vellicandas aures aptissimum.*

Neque tamen omnino decem oratores caruerunt hac eloquentia, apud quos licet vestigia multa agnoscere. Quale est illud Demadis πολυδύμητον.

Theophyl. Acutè dictum Pissistrati hoc dicendi genere maxime delictus. Acute dictum Theoph. in corpore de formis. Theoph. de amore mutuo dictum. Theophyl. in ep. 39. Eius breues & acuta sententia p. 408. pag. 399. Theoph. acutè dictum contra Inuidios aut auaros. pag. 399. Pissistrati limata inueniunt. Pissistrati in ep. ad Milesios. Huius acutè dicti vis acutè credibile est hac potius ab aliquo iuniori sophista confecta, quam primo eloquenti iam nata. X. Oratorum acutè & breuius sententias. Demades in oratione p. 101. Inueniunt.

Τὸ γὰρ Ἐραμίνωνδ' ἑσθμάλῃ συνέδαλε
Τὴν δ' ὄναμιν τ' Ἐπιβαίων δ' κειρὸς.

(Cum Eraminonda corpore virtutem Thebanorum sepehuit fortuna.) Multa item in Epitaphio Lysiae, multa in Demosthenis orationibus inuenies, sed nusquam crebriora, quam apud eos qui floridius quoddam & accuratius dictionis genus elegerunt. Inter sacros vero auctores excellunt Gregorius Nazianzenus, & Synesius. Quid enim aliud arguit quam hanc ingenij subtilitatem, concisa ille & euibrata epistolae, aut in epicherematis collectae sententiae.

Φεύγεις δεικνόντας, ἴσως νόμοις ἑραλοκοῖς,
ἵνα σεαυτὸν ποιῆς τιμιώτερον ἢ κε οὖν, καὶ ἰὼν τὴν
τῷ μακρῷ χρόνῳ ζημίαν ἀναπλήρωσον ἡμῶν. καὶ
ἔτι σε τῶν αὐτῶν κατέχει, πάλιν ἀφήσεις
ἡμῶς ὡς αἰ σεμνότερος ἢ καὶ πάλιν ποδόμε-
νος.

Fugis persequentes, amatorijs forte legibus, quod sis pretiosior. Veni igitur, & diuturni temporis exple detrimenta: Ac si quid rerum tuarum te istis retinet, rursum nos relinques, ut augustiorem hac ratione te reddas, a nobis expretius.

Hæc oris rotundi sunt, & viuidi, ut apparet, ingenij eodem caractere Synesius:

Λυπῶσι τὴν ἐκκλησίαν ἀνόμοιοι πονηροί.
διὰ βῆθι κατ' αὐτῶν οἱ πάλαλοι γὰρ πατά-
λοις ἐκκρεθόνται.

Contristant Ecclesiam improbi alieni. Tu in eos proficiscere: clauis clauis pelluntur. Eodem genio sententia: τῷ δὲ θεῷ πάντος διακό-
βονυμ non σμὰ σκιά τὸ ἀνδρῶπινον. Εὐνόμησι χεῖρες τ' νό-
peccare; se- μων. Μέγιστον ἀγαθὸν τὸ μὴ ἀμαρτεῖν, δεύτερον,
cundum, in δικαιοδυναί.

Idem eotra
Androm. Ἄγαθοποιεῖν φύσις θεῆ, ὡς τῷ πορὸς τῷ θερμοῦ-
νῆν καὶ τῷ φωτὸς, τὸ φωτίζην.

Latina elo-
quentia & lefacere, & lucis, illuminare.)

cōcisas sent. Non opus est hic innumeros commentari
v. s. ut ait. locos, licet cuique ex fluuijs haurire. Hoc eo
C. Gracch' tantum dico, ut appareat, quantum, & quam
ipfis Roma prudenter eo dicendi genere, Græca eloquen-
tia sit delectata, Romanis item aliqua fuisse si-
mulachra ab ipsis eloquentiæ incunabulis, C.
Gracchi in Popilium oratio indicat. In cuius
aliquid in (ut ait Gellius) principio collocata verba sunt
hoc genere. accuratius, modulatiuque, quam veterum o-

ratorum fort consuetudo.

(Quæ vos cupidè per hosce annos appeti-
stis, atque voluistis: ea si temerè repudiaritis,
abesse non potest, quin aut olim cupidè appe-
tistis, aut nunc temerè repudiastis dicamini.)

Rotunda est, & acuta, ut videtur sententia,
habet tamen insigne vitium, de quo postea di-
cemus. M. Tullius Cicero, licet ad omnia elo-
quentiæ decora factum haberet ingenium,
consultò aut abstinere, aut rariùs vitur, quod
& temporibus, & auribus hoc dicendi genus
non putaret accommodatum. Itaque quod a-
lius in cōclusionè, post vibratam fortè ex ciui-
modi acuminibus periodum, haud timidè di-
xisset apud Cæsarem: Tu ipsam victoriam Ca-
sar viciisti; Ille verècundè se insinuans, vercor
inquit) ut hoc quod dicam non perinde iatel-
ligi auditu possit, atque ego ipse cogitans fen-
tio. ipsam victoriam vicisse videri, cum ea ipsa,
quæ illa erat adepta, victis remisisti. Nam cum
ipsum victoriæ conditione iure omnes victi
occidissetemus, clementiæ tuæ iudicio conser-
uati sumus.

Quæ vere-
cundus Ci-
cero in acu-
minibus.

Habuit igitur sua acumina, sed rara, mode-
sta, & grauija, quale est illud diu, multumque
celebratum vxor generi, nouerca filij, filia pellex,
quo nihil potest esse in hoc genere admirabi-
lius, sed ne multiplicis illius, & æqualiter in
omnia genera diffusæ orationis, quæ tunc à fi-
ticientibus auribus excipiebatur, cursum fran-
geret, maluit esse in hac copiosior, quàm in il-
lis ingeniosior videri.

At Sallustio vigente (ut ait Seneca) amputa-
tæ sententiæ, & verba ante expectatum caden-
tia, & obscura breuitas fuere pro-cultu. Mox
etiam sub Imperatoribus, quæ apud eum fue-
rant satis verècunda, in elatam euibratæ dictio-
nis audaciam transiere, & ad ipsas tandem in-
cipias deuenerunt, de quibus dicam, si prius ea,
quæ in hoc genere laudatissima sunt, osten-
dero.

Subijciuntur quadam laudatorum acumi-
num exempla.

CAPVT XV.

Atque imprimis magnoperè videtur di-
stinguenda breuitas à prarupto, quod ap-
pellatur, genere dicendi, illa enim rem virili-
ter, & strictè colligit, hoc interruptas, & suspi-
ciosas relinquit sententias. Illa explet animos,
hoc suspendit: illa cum leni quodã gratiæ flo-
re intorquere solet acumina, hoc frigida quæ-
dam

Acuti &
prarupti
styli discri-
mon.

D. Greg.
Nazianz.
& Synesius
in acuta
breuitate
præstantissi-
mi. Gregor.
ad Nicobu-
ianum.

Synes. O-
lymp. 45.
Homo Dei
umbra.
Lictores ma-
nus legum.
Maximum
bonum non
peccare; se-
cundum, in
stificari.
Idem eotra
Androm.
Latina elo-
quentia &
cōcisas sent.
v. s. ut ait.
C. Gracch'
ipfis Roma
eloquen-
tia primor-
diu iōranit
aliquid in
hoc genere.